Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26334
Copyright: Admont, Benediktinerstift



4

mens non erat ut pater a filio mitteretur quia non erat a filio. Si enim a filio mitteretur ab illo venire habet a quo mitteretur. Et est illi quasi quedam principium ab illo a quo mitteretur. Preterea quia pater a filio mitti non habet quia a filio est non habet. Missus enim primum filium quia solo patre et deinde etiam spiritus sanctus quem patre et filio. Primum filium venit ut homines postea spiritus sanctus venit ut homines beatificarent. Primum ille amalo liberavit postea iste ad bona revocavit. Ille abstulit quod sustinebam. iste reddidit quod perdideram. Venit filium naturalis missus a patre. ut adoptandos in hereditate vocaret. et in sensu suum in gratia adoptivos compararet. Nec enim sine sensu filii a patre alienis in hereditate ducendi erant.

Misit quia pater filiis. venit filium filiis. quia in patre et filio paternitatis et filiationis nomen et statuit ut filii nomen adoptandi perpetent. et pillii cui erat a filio a quo erat. Venit sapientia ut hostis rationem vinceret. et ut habitaculum suum ipsa vendicaret quam licia possidebat. Quia enim astutia vicerat iustum fuit ut non fortitudine sed prudentia vinceretur. ut in eodem in quo se victor exercitat victus sterneretur. Factus est filium dei filium hominis. ut filios hominum faceret filios dei. et ne filii nomen ad aliam transiret personam. et essent intrinsecus duo filii. et fundetur unitatis discretio. Si enim pater carnem assumpsisset. idem ipse et pater et filium esset. Pater filii quem genuit ex eternitate. et filium matris a qua genitus est extempore. Si autem spiritus sanctus carnem assumpsisset. duo filii in unitate essent. alter filium patris sine matre. alter filium matris sine patre. Nec quia in communicabile nomen diuideretur. filium carnem solus suscepit. ut unum et idem esset. et filium dei. et filium hominis. filium dei secundum divinitatem genitum a patre. filium hominis secundum humanitatem natum ex matre.

Sed forte quomodo solum filium carnem suscepit. Seruit aliqui quidicant. Si inseparabilia sunt opera trinitatis. quod quod fecit filium fecit pater. Si autem omnem quod filium fecit. fecit et pater. quia filium carnem assumpsit et pater carnem assumpsit. quia filium sine patre carnem assumere non potuit. sine filio sine patre facere potuit. Sed hic primo considerandum est quia cum dicit filium facere omnem quod pater fecit de illa numerum operatione intelligendum est quia creaturam suam et dirigit et regit et disponit et dirigit et operis exercitatione. in quo operatione pater et filium et spiritus sanctus omnino separari non possit. quia indivisa una in quo et per quam operantur unum sunt. Hoc autem iccco